



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

68. Ad plurimas &c. Declaratio nullitatis, Damnatio, abolitio, & reprobatio
plurimorum gestorum ab asserto Judice prætensi Tribunalis Monarchiæ
Siculæ, necnon à quibusdam ejus Delegatis, tam super ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

effectum presentium duntaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium à Nobis specialiter deputatorum, qui rem maturè perpenderit, consilio, Diffinitorium Generale ejusdem Congregationis in posterum ex Vicario Generali proximè absoluto, quatuor Definitoribus, & totidem Visitaribus constituendum esse, & propterea in eo Ex-Vicarios (reservata tamen facultate interveniendi solum illis, qui cum hac qualitate Ex-Viciorum de presenti reperiuntur) non esse admittendos, autoritate Apostolicâ tenore presentium decernimus, & declaramus; Quòdque respectu eorundem Vicegerentium constituendorum Constitutio in cap. 31. §. 6., & quatenus opus sit eam declarando, observetur. Præterea non posse constitui Vicegerentem unum, aut plures in diversis primodiçtæ Congregationis partibus, nisi extra Congregationem, aut si ad ipsius Congregationis extrema loca Vicarium Generalem ire contigerit, & extra dictos casus non posse constitui, nisi unum in Lombardia, si ultra Montes Apenninos etiam intra Congregationem ipsam iverit, quæ deputatio tantum tempore absentia durare intelligatur, ut supra, & non amplius, harum serie ordinamus. Et quoad personam deputandam cap. 4. rub. 28. num. 1. pariter observetur: quodque non possit eligi, qui per sex annos continuos munus quocumque jurisdictionis exercuerit, nisi pariter per triennium vacaverit; Ac ulterius eisdem Vicegerentibus subministrari aliquid ratione expensarum à Conventibus, pro quibus constituti fuerunt Vicegerentes huiusmodi, ut supra enunciatis, prædictis Alexandri Prædecessoris Literis cæterisque contrariis non obstantibus, autoritate, & tenore prædictis interdicimus, & prohibemus.

§. 5. Decernentes pariter easdem presentes nostras Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus prædictis Alexandri Prædecessoris Literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis, & Ordinis præfatorum etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferitis habentes, illi aliâ in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsi presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die xx.

Ballar. Rom. Continuat. Pars II.

Octobris MDCCXIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

F. Oliverius.

DECLARATIO

Nullitatis, damnatio, abolitio, & reprobatio plurimorum gestorum ab asserto Iudice prætensi Tribunalis Monarchiæ Siculæ, necnon à quibusdam ejus Delegatis, tam super abrogatione Censurarum, quas R. P. D. Franciscus Archiepiscopus Ramirez Episcopus Agrigentini, & Civitatis, & Diocesi Agrigentini, per abusum Sæcularis potestatis eiectiones Expulsores suos incurrisse declaraverat, quam super revocatione Ecclesiastici Interdicti, cui idem Episcopus eâ occasione Civitatem, & Diocesim præfatas subjecerat.

Cum diversis Ordinationibus, Decretis, & Declarationibus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

AD plurimas, & verè acerbissimas, quas in Regno Siciliæ non minùs Ecclesiæ, quàm huius S. Sedis autoritas à Sæculari potestate jamdiu pertulit, & adhuc perfert, injurias, considerationis nostræ intuitum convertentes, id fermè Nobis evenire experimur, quod patientissimo Viro Job accidisse Sacræ Literæ commemorant: ut scilicet unius ærumnæ Nuncium alius gravioris calamitatis Relator excipiat, novaque in dies, ac semper tristiora ex illis partibus ad Nos afferantur. Nostra proinde, & ejusdem Sedis, Ecclesiæque Jura, ex commissi Nobis cœlitus Pastoralis Officii debito, ab ejusmodi Laicorum ausibus constanter asserere perimus, sicut omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, æquitati, & justitiæ rectoque ordini consentaneum esse in Domino arbitramur.

§. 1. Nuper siquidem ad Apostolatus Nostri notitiam pervenit, quod aliâ postquam Venerabilis Frater Franciscus Archiepiscopus Ramirez Episcopus Agrigentinus non aliâ profecto de causâ, nisi eo quod Ecclesiasticâ autoritate strenuè assertâ, ministerium suum diligenter implevisset, & quo par erat, obsequio Nostri, atque ejusdem Sedis mandatis fideliter obtemperasset, per summam injuriam, ac intolerabilem ejusdem Sæcularis potestatis abusum è suâ Civitate, ac Diocesi Agrigentini, totoque Regno Siciliæ expulsus, ejusmodi suæ expulsionis Executores, nec non quoscumque illius complices, auxiliares, & mandantes in Excommunicationem majorem ab Apostolicis Constitutionibus, & specialiatim illâ die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari solitâ contra similia perpetrantes inflictam incidisse declaraverat; ac insuper Civitatem, & Diocesim Agrigentini, præfatas Ecclesiastico interdicto subjecerat: Tametsi hæc omnia ab eo ritè, ac rectè, necnon juxta Sacrorum Canonum præscriptum, imò etiam de speciali, ac prævio mandato nostro peracta fuerint, nihilominus paucos post dies, incunte scilicet mense Septembris proximè præterito, quidam Andreas Ficani, tanquam prætensi Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati, illiusque asserti Iudicis specialiter ad infra-scripta Delegatus, primùm quidem, nempe die secundâ ejusdem mensis Septembris, Ecclesiam Sancti Joannis Civitatis Agrigentini, quæ

LXVIII.

Exordium à ponderatione gravium ærumnarum, quas Ecclesiæ & Sedis Apostolicæ auctoritas in Regno Siciliæ patitur, inflicta per Sæcularem Potestatem; iisque mederi velle declarat.

Memorat declarationem incursum censurarum factam ab Episcopo Agrigentino Ramirez contra proprios Expulsores, & suppositionem Civitatis & Diocesis Ecclesiastico Interdicto.

Subinde narrat violenter secutam fuisse aperiitionem Ecclesiæ S. Joannis d. Civitatis expletam de mandato Andree Ficani Delegati prætensi Monarchiæ, necnon abolitione supradictarum censurarum, ab eo indultam.

jurisdictioni supradicti praetensi Tribunalis subesse
pretenditur, temere, ac violenter aperiri fecit.

§. 2. Deinde vero eos, quos dictus Franciscus Episcopus in Excommunicationem Nobis, & eidem Sedi reservatam incurrisse, sicut praemittitur, declaraverat, majori temeritate absolvere praesumpsit, vigore scilicet praetense facultatis sibi ad id concessae à Francisco Mirandà, & Gayarre asserto Judice supradicti praetensi Tribunalis per ejus literas die 31. Augusti proximè praeteriti expeditas, quibus execrando non minus, & impudenti ausu, quam fallis, & ineptis rationibus eadem Excommunicatio, sive Excommunicationis declaratio nulla, injusta, insubstantis, temeraria, & irregularis declarabatur: ipsique Andreae nihilominus mandabatur, ut ad tollendum quodcumque scandalum, aditumque praeccludendum cuivis pharisaico zelo (hoc nomine in eisdem literis Christiana illa obedientia, quae Ecclesiae mandatis exhiberi debet, impie traducebatur) Excommunicatos praedictos, si absolutionem petissent, tanquam specialiter Delegatus dicto praetense Tribunali, absolvere deberet; & alias, prout uberius legi potest in supradictis literis, quas memoratus Andreas eadem die secundà Septembris promulgari, ac in pluribus locis Civitatis Agrigentini, affigi mandavit, tenoris, qui sequitur, videlicet: Nos utriusque Juris Doctor D. Franciscus Miranda, & Gayarre, de Consilio Sacrae Catholicae Majestatis, Abbas Sanctae Mariae Terranae, ac Judex Ordinarius Tribunalis Apostolicae Legationis, & Regiae Monarchiae praefatae Catholicae Majestatis in hoc Siciliae Regno. Reverendo Sacerdote Andreae Ficani Delegatos in Causa Fidelis Regio Dilecto salutem: Haec pervenit non senza doglianze alla nostra notizia, e di questo Tribunale dell' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia, che essendo stato il Reverendissimo Arcivescovo Vescovo di Girgenti Don Francesco Ramirez intimato d' ordine di S. E. à partirsi da quella Diocesi, e da questo fedelissimo Regno per li giusti motivi mossero l'animo di S. E., concernenti al Real servizio, e publico bene, e quiete del Regno prevalendosi con matura riflessione, ed evidente giustizia della potestà economica contro il nominato Prelato, quello abusandosi del Titolo specioso di Consigliere di Sua Maestà (che la Divina guardi,) e del proprio giuramento di fedeltà, ed osservare le prerogative Regie, e del Regno, facendosi scudo, benchè ideato, d'esser lesa la libertà Ecclesiastica, e d'averne patito violenza dal Capitano Ochoa, Dottor D. Giovan Battista Guzzardo, Clerico D. Pompeo Grugno, Ettore Antinori, ed altre Persone generalmente, specialmente, & individualmente nominati passò à scomunicarli, e supponendo, che l'esercizio di tal Potestà economica fosse enorme delitto, passò ad interdire la Cathedral, e tutte le Chiese dello Diocesi, mostrando in ciò poco buon genio verso il Real Servizio, e la Potestà economica di S. E., per la totale elevazione del quale Interdetto per l'evidente nullità, ed altre ragioni, e per aprirsi le Chiese con la continuazione de d'vini Officii, ed amministrazione di Sacramenti, si stan spedendo per via del Tribunale d'ordini opportuni, ma per adesso riflettendo, che la riferita censura fulminata contro le persone, così in specie, come in genere riferite, ha processato indebitamente ex abrupto, de facto, nullo Juris ordine servato, contro la forma de Praecetti Evangelici, de sacri Canonis, Concilii Eucumenici, con publico scandalo, e evidente perturbazione de Popoli, ed impedimento al corso della Giustizia, ed esercizio della potestà economica, ed in esecuzione di supposta potestà concessa dalla Corte Romana non eseguita, ne pre-

sentata nel Regno, in grave pregiudizio delle Regalie, e prerogative del Regio Exequatur, secondo si prescrive da più Reali dispacci de Serenissimi Monarchi, fondati in evidenti ragioni, avvalorate da antichissima, ed immemorabile osservanza, mai interrotta nel lungo corso di più Secoli, non solo in questo fedelissimo Regno, ma anche per tutto il Mondo Cattolico, come uniforme al dritto delle genti, alli sacri Canonis, Concilii Universali, e Concordie con la Santa Sede; ed accrescendosi li motivi di sudetta nullità, ed insuffistenza dalli notabili eccessi, ed evidenti aggravati, resta la sudetta censura, come sopra, fulminata assolutamente nulla, ed ingiusta, da temersi solamente da chi la fulmina, non havendo ne tampoco processato le solite, e necessarie monizioni, ne tampoco la citazione ad dicendum causam Quare, secondo precepo l' istessa Verità increata, li sacri Canonis, Concilii Eucumenici, e senza veruna imibizione à desisteri dal fatto, o pretese violenze; havendo perciò tutto maturamente esaminato, e discusso con matura riflessione, habbiamo stimato dichiarar nulla, ingiusta, insubstante, temeraria, ed irregolare la riferita censura per le ragioni riferite, con fare à voi le presenti, per rendere manifesta, e publica la nullità di sudetta censura, e per togliere anche da cotesta Città, e Diocesi li Cedoloni Interdetti, ed altre Scritture forse affisse contro le accennate persone in specie, & in genere nominate, e benchè stante la sudetta nullità, ed ingiustizia, non vi fusse di bisogno veruna assoluzione, nondimeno per non dar luogo à verun zelo farisaico, o à qualunque scandalo possibile, che potesse originarsi nelle coscienze semplici, erronee, e scrupolose; Perciò vi ordiniamo, che presentandosi innanzi à voi le succennate Persone, in specie, & in genere nominate, & ogn'uno di loro, domandandovi l'assoluzione della sudetta Scomunica, vogliate, e dobbiate Voi, come Delegato di questo Tribunale della Regia Monarchia, à quelli, ed ogn'uno di loro assolvere libere dalla sudetta Scomunica, e fatta la sudetta assoluzione ne farete fede, e quella trasmetterete, dove sarà di bisogno, per averne piena scienza, ed altra trasmettere à Noi, e questo Tribunale della Regia Monarchia, con vostre lettere responsali, per havere anche Noi scienza della sudetta assoluzione, procedendo sopra ciò contro li perturbanti, & impedienti l'esecuzione delle presenti à quelli rimedi, che vi pareranno convenienti, e di giustizia; Comandando per le presenti à tutti, e singoli Officiali così Spirituali, come temporali del Regno, che sotto la pena di suoi cento per ogn'uno di essi d' applicarsi al Fisco di questo Tribunale della Regia Monarchia v'habbiano, e debbono dare, e prestare ogni lor braccio, aiuto, e favore tante volte, quante da voi saranno richieste, che Noi sopra le cose sudette vediamo, e concediamo ogni nostra potestà, ed autorità necessaria, e così eseguirete ad istanza delle sudette prenominate Persone, seu di qualsivoglia Persona per esse presente, e comparente, etiam senza procura, per quanto la grazia di Sua Maestà tenete cara, e sotto le pene à Noi ben viste. Datum Panormi die trigesima prima Augusti sexta Indictionis 1713. : Don Franciscus Miranda, & Gayarre: Julius Rotundo Pro-Magister Notarius. Jesus: Praesentetur: Exequatur, Registratur, & Affigatur: Sacerdos Don Andreas Ficani Delegatus in Causa: Die 2. Septembris 1713. praesentes praesentate, executae, & registratae fuerunt, & sunt in Officio admodum Reverendi Sacerdotis D. Andreae Ficani de gentis in hac Civitate Agrigentini, uti Delegati Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. Francisci Miranda, & Gayarre Judicis Ordinarii Tribunalis Regiae Monarchiae, & fuerunt affixae juxta supradictam decretationem. Un-

Tenor litterarum Judicis praetense Monarchiae quibus Delegato praedicta omnia perageni de facultas conceditur.

Refertur excommunicatio per supra laudatum Episcopum propriis Expulsiōibus inflictas & simul Interdictum ab eo latum.

Proferuntur insubstantia motiva circa praetensam nullitatem gestorum, ut supra.

Declaratur eadem praetensa nullitas.

Temere ad cautelam committitur Delegato facultas absolventi, Expulsiōes, aliasque personas cum diversis ordinationibus.



de &c. : Clericus Angelus Eiano Magister Notarius in Causa, &c.

Prosecutio
praesentium
literarum A-
postolica-
rum cum ex-
positione
plurium at-
tentatorum.

Accessus
nempe Cano-
nici Isidori
Navarro tamquam
Delegati
praesentis
Monarchiae
ad Civitatem
Agrigentim
pro violenten-
ter obtinen-
da Ecclesia-
rum aperi-
tione, ac fre-
quentatione.

Occupatio-
nis bono-
rum, alia-
rumque mo-
lestiarum Ec-
clesiasticis ac
etiam Paro-
chis reuenu-
tibus illaro-
rum.

Carceratio-
nis seque-
trium Vica-
riorum Ge-
neralium, ac
etiam prae-
parate contra-
quartum.

Aperitionis
Ecclesiae Ca-
thedralis
violenter
factae iussu
eiusdem De-
legati.

Celebratio-
nis Missae per
eum inibi fa-
cile ex-
pleta, pro-
mulgato
prius Edicto
revocatorio
Interdicti.

S. 3. Post haec Ministri dicti praesentis Tribu-
nalis, cum forsan suarum iniquitatum menuram
nondum satis per praemissa implevisse sibi vide-
rentur, admittis criminibus nova, & sane semper
graviora crimina adjicere non formidarunt. Qui-
dam enim Canonicus Isidorus Navarro, asserens
se ejusdem praesentis Tribunalis, illiusque asserti
Judicis delegatum existere, nec non speciale ab
eo mandatum habuisse revocandi generale Inter-
dictum, cui praefatus Franciscus Episcopus Civi-
tatem, & Dioecesim supra dictas, ut praefertur,
supposuerat, ad praedictam Civitatem Agrigen-
tin. die 15. ejusdem mensis Septembris, plurium
armatorum Militum turma stipatus se contulit,
ibique tam Ecclesiasticos ad aperiendas, quam
Populum ad frequentandas Ecclesias inducere ten-
tavit; Sed cum illos in exacta ejusdem Interdi-
cti observantia, fidelique erga Pastorem suum,
atque hanc Sanctam Sedem obedientia firmissimos
invenisset, ad violenta remedia confugit, eorum-
que constantiam, antiqua propemodum ab Ethni-
cis in Christifideles illatarum persecutionum exem-
pla renovando, bonorum interceptionibus, cat-
ceribus, exiliis, aliisque irrogatis multis, expu-
gnate studuit. Plures proinde tam Saeculares,
quam Regulares Sacerdotes, sive in carceres, &
vincula crudeliter conjecit, sive bonis spoliavit,
sive exulare acerbe iussit, atque hos inter plerum-
que etiam Parochos oves Christi sibi commissas,
eo plane tempore, quo Pastorum suorum praesentia,
ac custodia maxime indigebant, deserere
coegit; Et, quod sane sine honore, ac lachry-
mis audiri nequit, tres Vicarios in spiritualibus
Generales à memorato Francisco Episcopo
successive deputatos, nempe dilectos Filios Petrum
Attardum, Josephum Mariam Rhinum, &
Gasparem Salernum, in odium constantis, & in-
victi illorum zeli pro Ecclesia Jurium, atque Apo-
stolicae autoritatis tuitione in carceres detrusit,
ingenti prius pecunia ab eis extorta; ac quar-
tum, qui illis successerat, nempe quemdam Bla-
sium Mairam, nisi hic interea non tam lethalis
morbi violentia, quam innumeris pro eadem
Ecclesiae causis toleratis ærumnis confectus, ac pe-
ne morti proximus: ad gravis pecuniariae multae
solutionem impio ejusdem Isidori iussu immanissime
adauctus, ab humanis decessisset, eadem carceris
pena afficere decreverat. Neque his contentus
dictus Isidorus, propriae non minus conscientiae,
quam divini timoris penitus immemor, censuris
omnibus, ac poenis in Ecclesiastici Interdicti
violatores per sacros Canones, & Apostolicas
functiones inflictis prorsus contemptis, Cathedra-
lem Ecclesiam Agrigentinam violenter aperiri
fecit, ibique detestabili impietate à sacrilegiis
ad Altare progrediens, imò Altare ipsum sacri-
legiis polluens, majori Excommunicatione,
aliisque censuris non uno, sed plurimis nomi-
nibus innodatus, Sacrosanctum, ac tremen-
dum Missa Sacrificium, concrepantibus inte-
rea plurium scloporum dispositionibus per ejus
Miles factis, aliisque ignarii pulveris fragoribus
additis, cum interventu quorundam, qui ad
eamdem Ecclesiam metu, & violentiis compulsi
conveniant, celebrare ausus fuit: promulgato
tamen prius in eadem Civitate Agrigentini. quo-
dam Edicto, per quod idem Isidorus Interdi-
ctum praefatum nullum, injustum, illegitimum,
insubsistens, & irritum, nulliusque roboris, &
efficaciae declaraverat, adeoque omnibus Superio-
ribus Ecclesiarum tam Saecularium, quam Regu-
larium, nec non Parochis, Beneficiatis, Cappellanis,
Presbyteris, & Clericis Civitatis, & Dioecesis
Agrigentini, praefatarum, ut illo minime attento,

Ecclesias omnes apertas, ut prius, retinere, ac
in illis Missas, & alia Divina Officia celebrare,
& celebrari, ac Christifidelibus Ecclesiae Sacra-
menta administrare, & administrari facere debe-
rent, perinde ac si Interdictum hujusmodi nun-
quam emanasset, sub Excommunicationis, aliisque
poenis districtè mandaverat, & alias, prout etiam
uberius continetur in praefato Edicto, tenoris se-
quentis, videlicet: Nos Doctor Don Isidorus
Navarro Canonicus Sanctae Metropolitanæ Pri-
mariae hujus Siciliae Regni Ecclesiae Panormitanae,
Examinator Synodalis, & Delegatus Tribunalis
Apostolicae Legatiae, & Regiae Monarchiae serio
ad infra scripta constitutus vigore literarum data-
rum Panormi die nona Septembris septimae Indi-
ctionis 1713. praesentatarum, executarum, &
registrarum in hac Civitate Agrigentini die 15.
Instantis, ad quas &c. : Omnibus, & singulis
Christifidelibus utriusque sexus hujus praedictae
Civitatis, ejusque Dioecesis salutem in Domino
sempiternam: *Non senza doglianza, e perturba-
zione della publica quiete ha pervenuto alla notizia
di S. E., e del Reverendissimo Monsignore D.
Francesco Miranda, e Gayarre Abbate di Santa Ma-
ria di Terrana, del Consiglio di sua Maestà, (che
la Divina guardi) e suo Giudice Ordinario del Tri-
bunale dell' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia
in questo fedelissimo Regno, che essendo stato il Re-
verendissimo Arcivescovo D. Francesco Ramirez
Vescovo di Girgenti intimato d'ordine di S. E.
à partirsi da questa Diocesi, e da tutto il Regno
per li giusti motivi mossero il zelo indefesso, e l'a-
nimo di S. E., attinenti al Real servizio pu-
blico bene, e quiete de Popoli, valendosi con ma-
tura riflessione; e con giustizia della Potestà Eco-
nomica contro il succennato Prelato, quale abusando
del titolo specioso di Consigliere di Sua Maestà,
& del proprio giuramento di fedeltà, e di os-
servare le Regie prerogative, privilegi, e lodevoli
offeranze del Regno, fingendo hi esser stata lesa
la libertà Ecclesiastica, e di haver patito violen-
ze dal Capitan D. Giovanni Ochoa, Dottore D.
Giovanni Battista Guzzardi, Clerico D. Pompeo Grugno,
Ettore Aninoro, e d'altre persone generalmente,
specialmente, ed individualmente nominate, pas-
sò à scomunicarli, e supponendo, che l'esercizio di
tal Potestà Economica fosse enorme delitto, creden-
do esser Prelato per la sola grazia della Corte Ro-
mana, non per la Real munificenza, intravisse que-
sta Cathedral, e tutte le Chiese della Diocesi, con
lo scudo di essersi commesso gravissimo eccesso contro
il Pastore di questo Gregge, senza però riflettere le
turbolenze, e pessime conseguenze può partorire
tanto scandaloso attentato contro il Real servizio,
publica quiete, ed in dispregio della Potestà Eco-
nomica, ma anche totalmente irregolare, assolu-
tamente, & de facto, & ex abrupto, nullo Ju-
ris ordine servato, contro la forma de sacri Ca-
noni, e Concili Generali, mancando li requisiti
necessarij dell' Interdetto, e la materia, e causa ef-
ficiente del medesimo, con supposizione di violen-
ze non vere, ed eccessi non commessi, mentre il
mettere in dubio la Potestà Economica, e chiama-
re abuso, violenza, ed eccesso l'esercizio della me-
desima è contro ogni dritto, contro ogni Jus del-
le genti, e l'inveterate, e mai interrotte prerogative,
& dritti di Sua Maestà (che la Divina guar-
di), e di questo fedelissimo Regno, e Tribunale del-
l' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia, mag-
giormente, che si asserisce in sudetto asserto, e nul-
lo Interdetto d' haver processo per potestà concessa
dalla Corte Romana, non eseguita, ne presentata
nel Regno in grave pregiudizio, anzi dispregio del-
le Regalie, e prerogative del Regio Exequatur, se-
condo si prescrive da più Reali dispacci de Ser-
nissimi Monarchi, fondati in evidenti ragioni,*

Tenor ejus-
dem Edicti.

Per injuriam
memoratur
declaratio
censurarum
facta per E-
piscopum
contra Ex-
pulsos, ac
Interdictum
ab eo latum.

Praemissa te-
merè asse-
runtur esse
nulla, & pu-
blica quietis
perturbativa
adductis
nonnullis
praetextibus.

NO
14.

tur
pre-
alli.

ad
tut
o fa-
biol-
Ex-
per-
ordi-
as.

avvalorate d'antichissima, ed immemorabile offeranza mai interrotta nel lungo corso di più Secoli, non solo in questo fedelissimo Regno, ma anche per tutto il Mondo Cattolico, come uniforme è dritto delle Genti, alli sacri Canoni, Concilj Universali, Privilegi Apostolici, e Concordie con la Santa Sede, ed includendo per conseguenza manifesta ingiustizia, notoria insuffistenza, ed evidente nullità, s'ha stimato perciò dal detto Tribunale dell'Apostolica Legazia, e Regia Monarchia, e dal risorto Reverendissimo Monsignore Giudice della medesima provvedere d'opportuno rimedio, riparando col suo zelo non solo alli pregiudizj del Real servizio, ma anche à quelli delli Popoli di questa Diocesi ingiustamente lesi dal sudetto Prelato loro Pastore contro la carità Pastorale, ha deliberato commettere à Noi la sua autorità, e potestà, ac vices, & voces suas, & ejusdem Tribunalis, con ordinarij, che dovessimo passare in questa Città, è qualsivoglia parte della Diocesi, e levare, e far levare sudetto Interdetto, e qualsivoglia Cedolone affisso, e dichiarare juxta Juris formam ex Commissione speciali l'istesso Interdetto nullo, ingiusto, illegittimo, ed insufficiente. Per tanto Noi valendoci della sopraddetta potestà amplissima nelle sopraccitate lettere, come speciali Delegato in questo negozio, e Causa, procedendo le prove legittime di non esser veri li motivi addotti nel citato Interdetto, passammo in dorso la petizione del nostro Procuratore Fiscale D. Domenico Piccione, con interlocutoria in scriptis à dichiarare nullo, ingiusto, illegittimo, ed insufficiente, irrito, di nessuna forza, e valore il succennato Interdetto; In tanto per il nostro presente Editto autoritate, qua supra, publichiamo la nullità, ingiustizia, ed insufficientenza del medesimo, ed ordiniamo in virtù della facoltà à Noi specialmente, come s'ha detto, concessa, à tutti li Superiori delle Chiese, tanto Regolari, quanto Secolari, Parochi, Beneficiari, Cappellani, Sacerdoti, e Chierici, che non ostante il sudetto Interdetto, stante la sua notoria ingiustizia, nullità, ed insufficientenza, dovesero tenere le Chiese aperte, ed ivi celebrare, e far celebrare li Divini Officj, e Messe, come si faceva prima del sudetto ingiusto, nullo, ed insufficiente Interdetto, ed amministrare à tutti li Fedeli li Santi Sacramenti della Santa Chiesa, come prima, e come se mai vi fosse stato detto Interdetto, nullo, ingiusto, ed insufficiente, e questo sotto la pena alli Contraventori, e disobedienti della Scomunica Maggiore riservata al sudetto Reverendissimo Giudice della Regia Monarchia, della disgrazia di Sua Maestà, & di altre pene à Noi ben viste, e non altrimenti. Datum Agrigenti die trigesima Septembris septima Indictionis 1713. Affigatur: Canonicus Navarro Delegatus. Innocentius Guerreri Magister Notarius.

S. 4. Idem porrò Edictum à memorato Isidoro per universam Diocesim Agrigentinam transmissum fuit, ut juxta ejus tenorem Presbyteri omnes singulorum locorum Diocesis hujusmodi, Interdicto prefato nequaquam obstante, Missas celebrare, aliaque Divina peragere per assertos Delegatos locales supradicti praesentis Tribunalis compelli possent; quemadmodum inter ceteros ita fecisse; atque executum fuisse Nobis innotuit quemdam Josephum Alexandri, qui asserens se ejusmodi Delegatione munitum esse, in Oppido Castel Terrvino nuncupato ejusdem Diocesis quoddam praecipuum, seu mandatum hac de re edidit, addit in eo adversus Transgressores poenam incorporationis omnium bonorum, illudque nonnullis Ecclesiasticis dicti Oppidi transmisit, imò & ad quorundam ex eis domorum januas affigebat, tenoris sequentis, videlicet: Die 28. Octobris septima Indictione 1713. Portiero d'ordine del

Reverendo Sacerdote Don Giuseppe Alessandro Delegato del Tribunale dell'Apostolica Legazia, e Regia Monarchia in virtù di Lettere Patenti date in Palazzo in detto Tribunale diebus &c. e di Commissione parimente del Reverendo Signor Canonico D. Isidoro Navarro Delegato speciale in Casu di detto Tribunale, e in virtù di suo ordine e Lettera data in Girgenti diebus &c. alli quali &c. s'ingiunge, notifica, & intima al Sacerdote D. Antonino Matteliano, quatenus domane Domenica 29. del corrente 7. Indictione 1713. e successivamente in appreso di giorno in giorno habbia, voglia, e debba celebrare la Santa Messa, assistere in detto giorno die 29. Ottobre alla Messa Cantata, e Divini Officj, Administratione delli Santissimi Sacramenti, stante l'evidente nullità dell'Interdetto, come chiaramente si vede nelli Editi affissati d'ordine di detto Reverendo Delegato in Causa nelli luoghi pubblici di questa predetta Terra. Altrimenti, facendo il contrario, e non facendo copia di se, s'intende incorso in quelle pene publicate, ed espresse in detto ordine, e Lettere, procedendosi per la disobediencia all'espresse nell'istesse Ordinationi, con la incorporazione di tutti li suoi beni. Unde &c.

S. 5. Cum autem nimium evidens sit, nec quisquam inficari valeat gravissimam ex praemissis Ecclesiasticae Libertati, imò etiam Pontificiae auctoritati illatam fuisse injuriam: ac similiter exploratum sit nullum Judicem, quacumque tandem potestate, & autoritate suffultum, quoties de Excommunicatione, Interdicto, aliisque censuris ex causa laesae, seu violatae Immunitatis Ecclesiasticae, ac potissimum de speciali Nostro, & Sedis Apostolicae mandato latis, agi contingit, in illarum validitatis, seu invaliditatis, justitiae, seu injustitiae cognitionem, quae, non nisi Nobis, ac dictae Sedi reservata est, se ingerere ullatenus posse; & aedque eadem praemissa in maximam plurimorum perniciem, ac scandalum tendant, animaque pretioso Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi Sanguine redemptis in gravissima pericula, & errores conjicere, ac deplorandis malis involvere valeant. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris à Domino constituti sumus, omniumque Christifidelium curam, & sollicitudinem superna dispositione gerimus, Libertatem, Immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam, nec non Sanctae hujus Sedis auctoritatem ab ejusmodi nefariis, ac perniciosis conatibus sartam, tectamque, atque illibatam tueri, & tum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes: omniumque & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo decreta, jussa, ordinata, acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non praefatorum, ac quorumvis aliorum Tribunalium, Judicum, Ministrorum, etiam Principalium, seu Supremorum Officium, Notariorum, Scribarum, & Personarum quarumcumque in eisdem praemissis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quacumque, etiam specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requirentia, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & singillatim specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certà scientià, & maturà deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Literas, Edictum, ac Praecipuum, seu Mandatum praesentia, nec non quacumque in iis contenta, aliaque omnia ea occasione per memoratos Franciscum Miranda, & Gayarre assertum Judicem dicti praesentis Tribunalis; nec non Andream Ficani, Isidorum Navarro, & Josephum

Tenor praecipui facti in sequelam Edicti cuiusdam Presbytero, ut Missam celebraret, ac Sacramentorum administrationi assistat.

Continuatio praesentium literarum, expressa enormitate omnium praemissorum.

Motivum infra recensenda declarationis nullitatis, & reprobationis.

Declarat nullitatem literarum, Edicti, ac Praecipui praesentium.

Enarratur facultas collata in Delegatum accedendi ad Civitatem, & Diocesim, ac revocandi Interdictum.

Præsentia nullitas Interdicti declaratur, addita ordinatione apertendi Ecclesiarum, & Divina Officia celebrandi.

Prosecutio praesentium literarum.

Enarrat transmissio-nem praesentis Edicti per totam Diocesim, & specialiter illius executionem in Oppido Castel Terrvino.

Alexandri vigore suarum respective assertarum Delegationum acta, gesta, & ordinata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secutus; penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & à non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti, vel efficaciam esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neque illa à quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque nec ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore praesentium declaramus; Et nihilominus ad majorem, & abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitibus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 6. Præterea, tametsi de veteri Nationis Siculae pietate, ac Religione consili, minime dubitemus Christianos illarum partium, ac praesertim Civitatis, & Diocesis Agrigentini praefatum Incolas, etiam nostrâ hac declaratione minime expectatâ, Literas, Edictum, ac Praeceptum, seu Mandatum hujusmodi, aliaque per dictos Franciscum Miranda, & Gayarre, Andream, Isidorum, & Josephum gesta pro irritis, & invalidis, nulliusque proferus roboris, ac valoris jam habuisse, & in posterum habituros esse, adedque omnia è converso per supradictum Franciscum Episcopum acta, & ordinata religiose, ac exactè observasse, & observaturos esse, nihilominus ad majorem similiter cautelam, generale Interdictum, cui praefatus Franciscus Episcopus Civitatem, & Diocesim supradictas, sicut praemittitur, subiecit, nec non censuras, seu declarationes Excommunicationis ab eo contra suos Expulsores promulgatas pro validis, & iustis habentes, ipsiusque Interdictum, ac censuras, seu declarationes hujusmodi autoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostrâ approbantes, & confirmantes, ac adversus praemissa, quatenus opus sit, renovantes: Motu scientiâ, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, omnes, & singulas personas Ecclesiasticas tam saeculares cujusvis gradus, praeminentiae, ac dignitatis fuerint, quam cujusvis Ordinis, Congregationis Instituti, & Societatis, etiam Jesu, Regulares ad exactam ejusdem Interdicti observantiam omnino teneri, & obligatas existere, & fore, ita ut in quibusvis Ecclesiis, locis piis, Oratoriis, etiam privatis, ac Cappellis domesticis Civitatis, & Diocesis Agrigentini, praedictarum, praetensâ etiam memoratâ assertâ Monarchiae Siculae autoritate munitis, sive aliâs quocumque privilegio, exemptione, & indulto etiam praetensa Protectionis Regiae, seu praetensi Jurispatronatus Regii, tametsi pluries, ac quantumcumque vicibus à Sede praefatâ approbati suffultis, nec Missae, nec alia Divina Officia celebrari, neque Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum administrari, minusque Fidelium Defunctorum cadavera sepeliri, aliave tempore Interdicti prohibita exerceri, nisi temporibus, casibus, & modis per supradictos Sacros Canones permixtis, ullo modo valeant, eorundem pariter tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

§. 7. Ad haec omnes, & singulos, quantumvis exemptos, & quovis modo privilegiatos qui statuto, decreto, & ordinationi Nostris hujusmodi

sub quovis quaesito colore, ratione, aut praetextu quomodolibet contraverint, quocumque tandem titulo, munere, aut dignitate praesurgant, eo ipso, & absque aliâ declaratione in censuras, & poenas Ecclesiasticas per praefatos Sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas desuper latis, & impositas incidisse, illisque innodatos fuisse, & esse, ac fore, nec ab eis à quoquam, nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eadem censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, harum serie similiter statuimus.

§. 8. Cæterum, cum notorii Juris sit non tam eos, quos praefatus Franciscus Episcopus in actu suae expulsionis Excommunicatos declaravit, quam supradictos Franciscum Miranda, & Gayarre, Andream Ficani, Isidorum Navarro, & Josephum Alexandri, ac ulterius Julium Rotundo Promagistrum Notarium, qui praesertim literis praedicti Francisci Miranda, & Gayarre, Clericum Angelum Fiano Magistrum Notarium, qui promulgationi literarum hujusmodi per dictum Isidorum, ut praefertur, facta, ac Innocentium Guerrerii similiter Magistrum Notarium, qui praesertim Edicto ejusdem Isidori respectivè subscripserunt; nec non Dominicum Piccione, ad cuius nimirum instantiam, uti Procuratoris Fiscalis ejusdem praetensi Tribunalis, dictus Isidorus in suo praesertim Edicto se processisse asseruit: aliosque omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, ordinis, praeminentiae, dignitatis, quantumcumque excelsae, ac sublimis fuerint, qui sive Francisci Episcopi expulsionem hujusmodi, sive gesta per dictos Franciscum Miranda, & Gayarre, Andream, Isidorum, & Josephum quovis modo mandarunt, ac ordinarunt, seu illis consilium, auxilium, favorem vel quamvis aliam damnabilem operam praestiterunt, aut in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas à Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum decretis, & Apostolicis Constitutionibus, ac praesertim Literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari consuetis inflictas eo ipso incurrisse; Noverint id cetero illi omnes, etiam specialissimâ mentione digni, à censuris, & poenis hujusmodi, post debitam, ac condignam Ecclesiae realiter, & cum effectu praestitam satisfactionem, non nisi à Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente (praeterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiae mandatis, & satisfaciendo cautione praestita, ac cum reincidentia praefatâ eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, prout harum serie similiter decernimus, & declaramus; facultatem insuper quodcumque procedendi ad alia severiora remedia, quatenus praedicti Ecclesiasticae libertatis Violatores in suâ contumaciâ persistentes censuras, & poenas hujusmodi animo, quod abist, sustinerint indurato, Nobis, & eidem Apostolicae Sedi expressè reservantes.

§. 9. Decernentes pariter eandem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praedicti, & alii quicumque, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu aliâs specificâ, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causaque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductâ, verificatâ, & justificatâ non fuerint, aut ex aliâ qualibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, praetextu,

Abolitionem censurarum quoad expulsores Episcopi, aliosque omnes participes in expulsionem, alioque ut supra gestis eidem Sedi refervat.

Decreta roborantia.

&c

Ad cautelam revocat omnia praemissa.

Ac similiter confirmat interdictum & censuras ab Episcopo inflictas.

Decernit omnes personas quibusvis privilegiis munitis ad Interdicti observantiam teneri, nulla etiam habita ratione Ecclesiarum vel locorum quantumvis exemptorum.

Contravenientes incurrisse censuras Sedi Apostolicae reservatas statuit.

& capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; Sed ipsas præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac quibuscumque juris, seu facti defectibus, qui adversus illas à seculari potissimum potestate, seu prædicto assertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali, ad effectum impediendi, seu retardandi earum executionem, quovis modo, seu ex quavis causâ opponi, seu obijci possent, minime refragantibus, suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: easque propterea, omnibus, & singulis per eandem sæcularem potestatem, sive per idem assertum Tribunal quomodolibet allatis, seu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfata Sedis Nuncios, aliove quoslibet quæcumque præminentiam, & potestatem fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Etiam adversus oppositiones, quas præfate potestati Tribunal Monarchiæ.

Clausula sublata, & irritans.

Derogatio contrarium etiam Privilegiorum Societatis Jesu.

§. 10. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, & quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, locorum piorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & locis piis prædictis, illorumque respectivè Superioribus, aliisque quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissimâ mentione dignis à Sede prædictâ ex quacumque causâ, etiam per viam contractus, & remunerationis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quorumcumque personarum, etiam Imperiali, regali, aliave quâlibet mundanâ, vel Ecclesiasticâ Dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplatione, seu aliâ quomodolibet in contrarium præmissorum

concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & Indultis hujusmodi mentionem. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Ut autem eadem præfatas literas ad omnium notitiam facilis deveniant, volumus illas seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde actare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die xxiiii. Decembris, 1713. Pontificatus nostri anno Decimoquarto.

Affixio præsentium in Urbe vim habeat personalis intimationis.

Fides habenda Transumptis.

Dat. 23. Decembr. 1713.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quarto, Indictione septima, die vero vigesima octava Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. Anno Decimo quarto supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia Generalis in Monte Citorio, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Bartolottum Apostolicum Cursorem.

Antonius Placentinus Magister Curf.

DIVERSÆ ORDINATIONES

LXIX.

Ad vindicandam Dignitatem, ac Jurisdictionem R. P. D. Isidori Bertran Archiepiscopi Tarracoenensis ab iis, quæ adversus illum per absum Laicalis Potestatis attentata fuerunt.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

IN excelsâ Sedis Apostolicæ speculâ, metitis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonita-

Procœmium.

tis